

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

*Submissa uoce ad summum altare defertur ibi dicta oracione:
Deus qui hodierna die unigenitum.*

*In uisitatione sepulcri iterato tercio responsorio fit sollempnis
processio cum luminibus ad sepulchrum.*

R. Cum transisset sabbatum, Maria Magdalene et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Jesum. Aeuia, aeuia.

*Sint parati VI in ornatu cuilibet competenti, unus in persona
angeli, duo in figura apostolorum, tres in specie Marie. Stacione
autem facta circa sepulchrum procedat angelus ad caput sepulchri
cantante choro antiphonam:*

Sedit angelus ad sepulehrum Domini stola claritatis coopertus, uidentes eum mulieres, nimio terrore perterriti astiterunt a longe.

*Deinde procedunt apostoli ad locum aptum cantante choro:
Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Jesu
Christi domini nostri. Aeuia, aeuia.*

*Tandem Marie tres procedunt cum thuribulis cantante choro
responsorium: Maria Magdalene et altera Maria ibant dilueulo ad
monumentum. Jesus quem queritis, non est hic, surrexit sicut locutus
est, precedit uos in Galyleam, ibi eum uidebitis. Aeuia, aeuia.*

*Quo finito Marie uenientes ad sepulchrum stantes contra angelum
cantent antiphonam: Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti?*

*Angelus respondit: Nolite expauescere, Jesum queritis Nazarenum
crucifixum, surrexit, non est hic.*

*Hic discooperiatur sepulchrum: Ecce locus ubi posuerunt eum,
sed ite, dicite discipulis eius et Petro, quia precedet uos in Galyleam,
ibi eum uidebitis sicut dixit uobis.*

*Tunc Marie redeuntes a sepulchro ad apostolos. Antiphona: Ad
monumentum uenimus gementes, angelum domini sedentem uidimus
et dicentem, quia surrexit Jesus.*

*Tunc querent apostoli cantando antiphonam: Dic nobis Maria,
quid uidisti in uia?*

*Respondent Marie. Antiphona: En angeli aspectum uidimus et
responsum eius audiuius; nam testatur dominum uiuere, sic opportet
te, Symon, credere.*

Dic nobis Maria quid uidisti in uia?

Galyleam omnes adibitis, ibi Jesum uiuum uidebitis, quem post
mortem uiuum non uidimus, ibidem uisuros credimus.

Iterum apostoli: Dic nobis Maria.

*Ut prius respondet: Sepulchrum Christi uiuentis et gloriam
uidi resurgentis, angelicos testes, sudarium et uestes.*

Surrexit Christus spes mea, precedet suos in Galyleam.